Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

dormitabit neq; dormiet qui custodit israel. Dns custodit te dns protectio tua super manum dexteram tuam. Per diem sol non percutiet te. neq; luna per noctem. Dns custodiet te ab omni malo. custodiat animam tuam. Dns custodiat exitum tuum et introitum tuum. amodo et usq; in seculum.

Canticum Grad. c. xxi.

LETATVS sum eo quod dixerunt mihi in domum dni ibimus. Stantes erant pedes nri in portis tuis hierlm. Hierlm que edificatur ut ciuitas. cui participatio eius simul. Quia ibi ascenderunt tribus tribus dni. testimonium israel ad confitendum nomini dni. Quia ibi sederunt sedes in iudicio. sedes domui dauid. Rogate pace hierlm. fiat benedictio qui diligunt te. Sit pax in muris tuis. habundantia in domibus tuis. Propter fres meos et amicos meos. loquar pace tibi. Propter domum dni dei nri inquiram bona tibi.

Cant. Grad. c. xxii.

AD te leuaui oculos meos. qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum ad manum dnorum sic oculi ancille ad manum dnae suae. sic oculi nri ad dnm dnm nrm donec misereatur nri. Miserere nri dne miserere nri. quo multum repleti sumus despectione. Multum repleta est anima nra. obprobrio habundantium et despectione superbor.

Cant. gdi dd. c. xxiii.

SI Dns fuisset in nobis dicat nc israel. Nisi dns fuisset in nobis. cum exsurgerent super nos homines. Forsitan uiuos obsorbuisset nos. cum irascerentur furor eorum super nos. Forsitan aque circumdedissent nos. torrens transisset super animam nram. Forsitan transissent super animam nram aque superbe. Benedictus dns qui non dedit nos in predam dentibus eorum. Anima nra quasi auis erepta est de laqueo uenantium. Laqueus contritus est. et nos liberati sumus. Adiutorium nrm in nomine dni. qui fecit celum et terram.

Cant. gdi

Qui confidunt in dno sicut mons syon. immobilis in eternum habitabilis. Hierlm montes in circuitu eius et dns in circuitu populi sui. amodo et usq; in seculum. Quia non requiescet